



**R. P. Ferdinandi De Castro Palao, Legionensis Soc. Iesv,
Sacræ Theologiæ Professoris, Et sanctæ Inquisitionis
Qualificatoris & Consultoris; Operis Moralis, De Virtvtibvs,
Et Vitiis Contrariis, In ...**

De Virtute Religionis, Et Ei Annexis; Continens quatuor Tractatus
Theologiæ Moralis præcipuos. Primus, in ordine decimusquartus, de
Iuramento, & Adiuratione. Secundus, de Voto. Tertius, & chariori Authori,
de statu Religioso. Quartus, de vitiis oppositis Religioni

**Castro Palao, Fernando de
Lugduni, 1669**

Quo dominio, & vsu rerum priuetur Religiosus, præcipue Soc. Iesu, voto
paupertatis. punct. 2.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-76572](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-76572)

P V N C T V M I.

Qualiter religiosus obligetur castitatis voto.

S V M M A R I V M .

1. Ad quid obligat castitatis votum?
2. Quid sit peccatum illius violatio.
3. An violatio voti solemnis castitatis à violatione voti simplici differat; si que circumstantiae explicanda in confessione? Resolutur non esse necessario explicandum.

Certum est apud omnes religiosos castitatis votum obligari; primum ad abstinentiam à coniugio, nisi votum faceres iuxta normam militum ordine Alcántaræ, Calatravae, & D. Iacobi, qui non emitunt votum absolutum castitatis, sed conjugalis tantum. Obligatus verò ita abstinerè à coniugio, vt si forte illud attentauerit, effectum non obtineas. Quod qua ratione contingat tract. de matrimonio examinandum relinquiatur, & ibi an vota scholiarium in Societate hanc vim habeant subsequens matrimonium & ratum praecedens dicitur, & quo iure, interim vide Sust. 3. de relig. 9. de voto castitatis, 6. 11. & seqq. & t. 4. de relig. tr. 10. l. 4. c. 1. & 2. Deinde obligarius abstinerè ab omnibus actibus tam interno, quam externo venereo, ita vt peccans contra castitatem, simul etiam pecces contra votum, & sacrilegios existas.

2. Quale autem sit peccatum contra votum, mortale, an veniale? Ex violatione castitatis sumendum erit, si violatio mortalis sit, mortale erit peccatum contra votum, si venialis, veniale. Hoc autem intelligendum est, vt benè notauit Sanch. 1. 5. l. 6. n. 10. in violatione castitatis propria, secus in aliena: si enim tuo facto, vel aspectu per te veniali alias ad mortale induceretur, peccates mortaliter, peccato scandalis aduersus castitatis virtutem, sed aduersus votum castitatis non se extendit ad conferuandam alienam castitatem, sed propriam.

Dixi esse veniale, vel mortale pro veniali, vel mortali violatione castitatis propria. Non enim negari potest castitatem sapienter violari tum ob defectum perfectæ deliberationis, tum ob materię levitatem. Sed non inde sit dari posse leuitatem materię in delectatione venerea deliberatè questra, hoc enim nullatenus afferendum est, eis enim virtualiter affirmare dari leuitatem materię in coitu, vel pollutione. Nam delectatio venerea est complacientia sumpta ex coitu, vel pollutione, vel ex commotione spirituum vitalium, motioneque feminis ex renibus ad vas pudendum, que est per se proxima, & natura sua causa coitus, vel pollutionis, atque adeo virtualis coitus, vel pollutionis, sicut enim in coitu, vel pollutione minimū non conceditur, nec concedendū est in venerea delectatione: sic optimè docet Rebello, 2. p. de oblig. inf. 1. 3. q. 19. sed 3. ex illo Sanch. 1. 5. sum. cap. 6. num. 12. & 13. Layman 1. 4. tr. 5. cap. 8. Filiccius tr. 10. in 6. decalogi precepto, c. 9. per se, preciique à num. 18.

3. Porro violatione voti solemnis castitatis à voto simplici aliquiliter differt. Sed an hæc differentia sit necessaria in confessione exprimenda? variant doctores apud Sanch. lib. 7. de matr. disp. 27. à 23. & pluribus seqq. Alij aliter sunt esse exprimendam, quia votum solemnem à simplici essentia litera differt. Alij quia falso differt accidentaliter differentia notabiliter aggrante. Sed verius censio cum eodem Sanch. n. 27. non oportere exprimere: an votum fuisse solemnem, vel simplex, modo expresseris te voto ligatum esse; quia hæc differentia non in obligatione castitatis seruandæ, sed in matrimonio contrahendi irritatione consistit, qui effectus evolute omnino extrinsecus, & accidentalis obligationi castitatis violationem castitatis aggrauare nullatenus potest.

P V N C T V M II.

Quo dominio, & vsu rerum priuetur religiosus, principiū Societatis Iesu voto paupertatis.

S V M M A R I V M .

1. Per se, & iure naturali nullo dominio pecunia votum paupertatis privata.
2. Privata iure Ecclesiastico.
3. Quod est intelligendum de voto solemnem, secus de simplici.
4. Religiosi Societatis peccant retinendo bona, si à superioribus precipiantur renunciare.
5. Item peccant denso acquirendo sua voluntate.
6. Item expendendo absque licentia.
7. Sed an sit dispositio valida? Negat Molin. & Lessius. Verius est validam esse.
8. Est basis oppositio fundamentis.

DISPUTATIO III.

De obligationibus religiosi, status, castitatis, & paupertatis.

Religionis obligatur religiosus speciali voto castitatem, paupertatem, & obedientiam seruare, hisque obligationibus alias annectit iuxta institutionem illius religionis, in qua professione emitit. De omnibus specialiter differendum est,

1. Si vorum paupertatis etiam in toto sua latitudine sumptu
incapacem reddit acquirendo; quia votu castitatis forma
liter est promissio non habendi proprii, sed promissio non ha
bendi proprii, proprium ipso facto non excludit, sed obliga
excludere. Ergo vorum paupertatis in se spectu domino non
priuari; sic Suar. 3. de rel. l. 8. c. 5. n. 14. Idem dicendum est de iure
vendi aliena re: non enim votu paupertatis precise spectare
hunc ius amittitur; tamen si votu paupertatis obligatur ut illo iure caesare.

2. Verum est hoc ita sicutur tamen Ecclesiastico votum
solemne religiosi paupertatis priuare videntur iure, & dominio pec
unia, alia tamen pecunia estimabilium, & redditu inhab
ilis acquirendi tradit. DD. omnes in e. cum ad monasteriū,
de statu Monach. & Trid. f. 15. c. 2. de regul. Dixi priuare
domino pecunia, alia tamen pecunia estimabilium,
ut excluderent a votu paupertatis iura spiritualia, qualia sunt
mania publica, magistratus, doctatorius, & Ecclesiasticum be
neficium. Item ius eligendi, praefestandi, & confirmandi, qua
per se diuinitus non faciunt. Et licet plura ex his temporalem
vilitatem, & fructum pecuniae habeant annexionem, hoc solum
probant, quod hinc fructus ex votu paupertatis prohibeatur re
cipi, & expendi non tamē quod iura spiritualia, quibus est an
nexus, cuī votu paupertatis compati non possunt; sic D. Tho. 2.
2. q. 186. a. 7. ad 4. & opus. 19. contra impugnator. relig. c. 2. Nau
com. 2. de regul. Lessius lib. 1. c. 4. dub. 5. Mirad. 1. man. pr
lat. q. 2. a. 1. Suar. 1. 3. de relig. c. 4. lib. 8. num. 12.

3. Intuper dixi votum solemne, non simplex, quale emittitur
ab scholaribus, & coadiutoribus Societatis experto bie
nino, nec tollit dominium habitum; nec incapaci reddit acqui
rendo, vt exprestè deciditur a Greg. XIII. in bula, ascenden
Domino, & habetur, 4. p. confit. c. 4. litt. E. Quod certè nulla
tenus obstat religioso statu, & perfectioni, cum ex vi voti
obligant illo dominio non viri visque voluntate (superioris),
& ex alia parte convenientissimum est regimini Societatis,
vt sic liberius, & minori cum offensione dimitti, si opus fu
rit, & Societate valeant, sicuti dixit Greg. in supradicta bula.

4. Difficultas autem est, quicquid peccent hi religiosi Soci
etatis cum retinendo, cum acquirendo, cum expendendo sua
bona, quorum habent dominium, & quoque eorum dispo
nitio valid sit?

Dicendum est primò peccatores mortalitet, si retineant,
cum à superioribus Societatis imperant renunciare, tamen si
non imperant sub virtute obedientia, quia ex voto pauper
tatis obligant se propria non viri initio superiori. Hac au
tem retentio est quidam illius dominij vius, præterea videntur
paupertatem iuxta constitutionem Societatis; ut in constitu
tionibus declaratur, est solum posse retinere proprium,
quoque superiori vium fuerit: sic Suar. t. 4. de relig. tract.
10. lib. 4. c. 3. n. 3. & 20.

5. Secundò dico religiosos Societatis prohibitos esse ex vi vo
ti paupertatis dominum cuiusvis rei acquirere absque vol
untate superioris, quia nullus vius est ita proprii rei, sicut illius
acquisitus, at per voto paupertatis omnes Societatis, religiosi
prohibentur vii re independenter à voluntate superioris, vt di
citur in exam. gen. c. 4. & 1. p. confit. c. 1. n. 7. & 6. p. confit. c. 2. n.
11. litt. H. Ergo prohibentur dominum illius acquirere. Solum
aduerto esse aliquia, quae ex aliqua actione religiosi ex vi iuri
possessi acquiruntur, vt sunt fructus hereditatis habite. Pro
hortum ergo acquisitione non est opus speciale facultate super
ioris, sed ex facultate concessa ad retinendam hereditatem
concessi concessa facultas illos fructus acquirendi. Alia vero
indigent speciali religiosi acceptatione, qualia sunt: que iure
hereditario, donatione, aut testamento acquiruntur, ad quo
rum acquisitionem sine dubio interuenient debet superioris
voluntas, alias grauitate violaretur paupertatis votum ob pro
prietarium vium rei, cum nullus alius magis proprietarius
esse potest, quam illa que ipsa res propria possidentis effici
tur: sic docuit Suar. t. 4. de relig. tr. 10. lib. 4. c. 4. n. 4.

6. Tertiò dico religiosos Societatis disponentes de his re
bus de quibus dominium retinent non confeo, & approbante
superiore, si dispositio sit alicuius momenti, peccare mortalitet
quia votum paupertatis hoc specialiter recipit, ne hi reli
giosi ex propria tanquam propria videntur. Ex quo fit religiosum
via testamenti, renunciatione, donatione de suis bonis dispo
nentem superiore non approbat, & iam si dispositio sit in
pauperes, & iuxta constitutionis normam, mortalitet pecca
turum, quia licet constitutio liberum cuiuslibet pro sua devo
tione reliquerit modum de suis bonis in pia opera disponen
di, casu quo permittere curerit disponere, exam. c. 4. & 3. p. confit. c. 1.
& n. 7. Non tamen reliquit liberum, vt dispositio fieret incho
superiore, sed potius illo approbante, sic exprestè deciditur in
congreg. 5. generali, can. 7. & decr. 7. & 39. & tradit Suar. t. 4.
de relig. tr. 10. lib. 4. c. 6. n. 3.

7. Sed quid si de facto via testamenti, donatione, aut renun
ciatione de suis bonis incho superiore disponeret religiosus,
effet ne dispositio valida, effo illicita? Negat Molin. t. 1. de in
fist. disp. 139. vers. illo qui tempore, & Leonard. Lessius, lib. 2. c. 4.
dub. 5. n. 2. Moneuter, quia religiosus post votorum emis
sionem non est sui iuris, sed religiosi, eisisque voluntas omnia
est praelato subiecta; nequit ergo validē eo non approbante
disponere. Et confirmari potest exemplo pupilli, cui religio
sus comparatur, cuius dispositio nulla est ab ea authoritate la
toris. Ceterum verius est dispositio validam effecit Suar.
t. 4. de relig. tr. 10. lib. 4. c. 6. & n. 12. Sanch. li. 7. summ. c. 18. n. 18. &
c. 8. n. 15. vbi loquitur specialiter de cettam Laym. li. 4. sum. c.
5. c. 7. n. 3. Ratio est, quia hæc dispositio nec iure naturali, nec
positivo est irritata, si quidem est dispositio rerum quorum cel
ligeros haber dominium, & administrationem, & licet illa ha
beat impedimenta ex virtute religionis ob paupertatis votum,
hoc non tollit quoniam si de facto disponat, valida non sit
dispositio, quia votum non tollit dominium, nec annularis dis
positio, sed eam infidele reddit; nullum autem est ius
positivum, nec Canonicum, nec Iesuクリム, nec Iesuクリム, non taliter dis
positio irritata reddat. Ergo afferendum est validam esse.
Verum est valida sit, irritata tamen potest, & recuari à pra
lato ob potestatem dominatiam, quam in subditu volunt
atem, & in eius actiones habet, sicuti potest votum, & quam
libet aliam humanam promissionem, quae sit valida finit
tamen a praelato irritabili, Suar. d. c. 6. & n. 12. & seqq.

8. Neque obstant contraria. Ad primum nego religiosum
non habere voluntatem, quia se obligare posse, habet vique,
et ob dependentiam, & subjectionem ad praelatum non po
test se firmare, & irrevocabiliter obligare. Ad secundum con
cedo pupilli dispositio validam ab ea authoritate curiosi null
am esse, id tamen prouent ex iure positivo quo in princi
pii nullum est.

P V N C T V M III.

Quo iure bona de quibus religiosus ante professio
nem non disponit, transiant in monasterium.

S V M M A R I V M.

1. Statuitur distinctio de monasteriis succedenti capacibus, sed incapaciibus succedendi.
2. Professus in religione Minorum, Capucinorum, & Societatis Iesu non potest amplius de suis bona disponere.
3. Monasteria, quæ religiosi succedunt id habent ex iure Ecclesiastico, & ciuilis.
4. Plures affirman statuto ciuilis excludi posse monasteriorum alias capax à successione. Sed contrarium est tenendum.
5. Consuetudine tamen introduci potest hac exclusio.

1. Distinguenda sunt monasteria; alia sunt succedenti et
incapaciibus succedendi.

2. Pacia, vel ipso iure, vel ex voluntate religiosi, alia vero
sunt incapaci succedenti viro quo modo. Religionis omnes
(præter Minorum de obseruantia, & Capucinos, & Societas
Iesu, per statim) succedunt religioso professo nihil de suis
bonis disponere; sic omnes doctores, & colligantur ex Trid.
f. 25. c. de regulari. vbi omnium religiosorum monasteriorum
tam virorum, quam mulierum (exceptis combitis S. Francisci,
Capucinorum, & eorum qui minores de obseruantia vocantur)
concedit immobilium possessionem & consequenter heredi
taria successione. Minorum de obseruantia, & Capucinos ex
cepit, & eorum singulare paternitatem. Et licet Societas
Iesu Concilium non excepterit, sed potius vitum facit sub pri
uilegio omnibus alii religiosibus concessio comprehendens
quia tamen non obligat religiones eo priuilegio utique de cas
ta possunt supradicto priuilegio renunciare, ex expedite judica
uerint. Sic Societas Iesu nullam religiosorum suorum succes
sionem ab intefacto admisit, vt sic potius apud ipsum religio
sum ad diuinam ministriam, & quam eorum diuitias spectare,
eosque possent miaoari cum facultatibus offensione recipere &
receptos regere, punire, ac si opus esset dimittere.

2. Hinc fit profitemur in religione Minorum, & Capuci
norum, & in Societate Iesu ab aliis dispositione suorum boni
rum non posse de suis bonis amplius disponere, sed heredit
ab intefacto succedere. Nam ex vi professori omnium suo
rum bonorum dominium amittit, & cum ipso iure monas
terium non succedit, fit consequenter, ne bona domino careat,
vt habeantur pro derelicto, hereditibus ab intefacto competente,
sic pluribus relatim firmar Sanch. lib. 7. summ. c. 1. n. 21.

3. Monasteria vero, quæ religiosi professi succedunt, non
ex iure naturali, sed positivo ciuilis, & Ecclesiastico hanc suc
cessionem habent. Ex iure ciuilis constat ex S. Jo. 1. v. 1. mulier
Aust. de Sanctiss. Episc. & Aust. si qua mulier, authent. in
grossi, C. de Sacrosanct. Eccl. Ex iure Ecclesiastico lique ex Greg.
Magno in c. quia ingredientibus 19. q. 1. Ius autem ciuale, &
Eccl. ita efficaciter hanc porrectam succedendi monasterio
concessit, vt nulla proficitis actione indigat, sed eo ipso quo
religiosus professionem emitit, omnia eius bona iusta & ethi
cas (unt in monasteriū translati, vt exprestè decidatur aust.
ingressi, C. de Sacrosanct. Eccl. ibi ipso ingressu se suaque dedi
ca Deo quapropter etiam ipse monachus post professiō
nem translationi repugnat, effectum non impedit; quia